

Gnis habet propria illius. unde considerat Arithmeticus de numeris solidis, & superficialibus, cui tamen ista per se primo, & vere, & essentialiter insequuntur magnitudines de quibus est Geometria. ita in proposito uult Com. q. diuisibilitas istis duobus modis demonstretur in Phia, modo per assimilationem, & modo per causam. na quado demostretur de qualitate, cui primo, & essentialiter copetitur, tunc dicitur demonstrari per causam. scada quata, quia est ei primo, & uir competens, sed dum demonstratur de qualitate, & formis, tunc demostretur de illis per assimilationem, na qualitates, & forma, ut induuntur ratione quanti participant diuisibilitate, que est, ppter eas quati in eo, qd quantum iuxta illud Arist. in Pradicamentis. Quanta superficies fuerit, tantam albedinem fore dices, & ita uides ex presentia. Auer. auctoritate qualiter diuisibilitas fit passio prima, & essentialiter fluens a quantitate inquantum quantitas est. si quis autem resolute, & ample uidere naturam quantitatis, & interminatam, & terminatam, uide que scripsi in libro de Substantia orbis latissime. * Iuxta hoc intelligis propositum nem notabilem, que dicit quod totum sequitur partes in magnitudine, & paritate, intelligitur enim de partibus secundum quantitatem, & non secundum qualitatem, & quia partes secundum quantitatem sunt duplices, uidelicet in potentia, & in actu, propositio loci habet de partibus in actu, & sunt que actu sunt in toto, & in quas totum potest diuidi in actu, ita qd ut dicit Themist. i. Phis. super. 3. possunt seorsum esse a toto, & a seinuicem limitatio est Aristo. & Commen. i. Phis. tex. com. 36. }

Hic

Intellectus

I

Intellectus abstracti a materia.

NESIT confusio in hoc, scire debes q intellectus apud Peripateticos sumitur multis modis, & secundum qd scribit Comē. in 3. de Anima. cō. 20. sumitur quatuor modis. Primo namque modo dicitur de intellectu materiali. i. de intellectu possibili, de quo Arist. locus est in principio. 3. de Anima in tex. cō. 5. & dixit quod est omnia fieri, & q nulla habet naturā nisi qd possibile est uocatus anime intellectus, pro quanto autem dicitur materialis hie hylealis, quia cū fit quoddā ens, & nō est forma materialis, nec cōpositū ex materia, & forma, nec etiā est prima materia, quia alia est receptio primę materię, & alia est receptio intellectus possibilis. nā ut scribit Com. in 3. de Anima. com. 5. in principio. Diffinitio intellectus materialis est illud quod est in potentia ad oēs intentiones formatū materialium uniuersalium, & non est in actu aliquod entium antequā intelligat illud, & cum ista sit diffinitio intellectus materialis, manifestū est qd differat apud ipsum a prima materia in hoc, quod iste est in potētia oēs intentiones formatū uniuersalium materialium, prima autē materia est in potētia omnes istę formę sensibiles non cognoscēs, nec cōprehendens, & causa ppter quā ista natura est distinguens, & cognoscens prima autem materia, nec distinguens, nec cognoscens est, quia prima materia recipit formas diuersas. i. indiuiduales, & ita i. materialiter signatas propter instantiam de sensibus, intellectus autem recipit formas uniuersales. unde nō est opinandū, ut inquit ipse in eodē. 3. cō. 28. qd materia sit causa receptionis simpliciter, sed est causa receptionis transmutabilis. i. receptionis huius indiuidualis. unde necesse est, ut illud quod nō recipit receptione indiuiduali non sit materia ullo modo, & ppter hoc ut dicit Com. in solu. tertię. q. cō. 5. Intellectus iste possibilis est quantum genus entium. nā quemadmodū esse sensibile dicitur in materia, & formam, sic esse intelligibile diuiditur in duo. i. in aliquid simile formę, & in aliquid simile materię, & ideo iste intellectus dicitur materialis, quia est materia intelligibilium uniuersaliter, & abstracte recipiēs. Secundo modo sumitur intellectus pro intellectu agente, ut patet. 3. de Anima. text. cō. 17. Nam sicut intellectus possibilis est omnia fieri, & est omnia modo similitudinis, & receptionis. i. sit omnia recipiēdo similitudines omnium. in hoc enim discrepat Aristo. ad Empedocle, & sequacibus

qui ponebant animam realiter ex omnibus esset composita, quia omnia cognoscit, & cognitio apud eos erat per assimilationem cognoscētis ad cognitum. unde cum Empedocles principia materialia omnium quatuor elementa posuerit sine dubio uoluit ex eisdem animam esse compositam, dum metricē sic de anima scripsit. *τὸ πρῶτον οὐρανὸν ἔθηκεν ἄεθρα ἀπὸ ἀθηρα* sentitur, ab ignibus ignis. *τὸ δεύτερον ἕδα* Sed & hi qui ex uno dixerat elemento animam fabricantur eius quoq. qualitatem solū tribuunt animę. Heraclitus caliditatem, quę igni conueniat. Hippo humiditatem, quę aquę sit propria, ut patet in erratis primi de Anima. text. com. 35. & 36. Arist. autem uoluit animam nullam realiter habere naturam, ex istis formis quas recipit, sed esse in potentia ad oēs, unde intellectus est tanquā tabula rasa in qua nihil est depictū. 3. de Anima. tex. cō. 14. & uoluit similitudines rerum recipi in anima. unde text. cō. 38. lapis non est in anima, sed species lapidis. ita igitur oportuit intellectū agētem esse omnia facere. unde officium eius est transferre res de ordine in ordinem, & facere de potētia intellectus actu intellectū. nam cum phāsimata, seu modo loquēdi Auer. intentiones imaginatę cū sint potētia intellectę, quia nō possunt mouere intellectū possibilem quī immaterialis est nisi sint actu intellectę, ideo opus fuit ponere intellectū agentem. nam. 3. de Anima. cō. 18. in Calce com. 3. darentur uniuersalia extra animam sicut posuit Plato, tunc nō opus esset ponere intellectū agentē, quia talia essent actu intellectę, & abstracta a materiā, & cōditionibus materię, & per cōsequēs de se sine alio extrinseco motore possent mouere intellectū possibilem ad intellectionem. Tertio modo sumitur intellectus apud Peripateticos pro intellectu in habitu. i. pro intellectu speculatiuo, & iste intellectus secundum Theophrastum, & Themistium consistit ex intellectu agente, & possibile, ut imponit sibi Auer. in cō. 5. in 3. de Anima, sed secundū Auer. concurrunt ultra intellectū agentem, & possibilem in intentiones imaginatę, & ideo secundum Auer. intellectus speculatiuus ex parte quę dependet a phantasmata quoquo modo est generabilis, & corruptibilis, & quoquo modo est aeternus. nam secundū indiuiduum est generabilis, & corruptibilis, sed secundum spēm est aeternus. Q. uarto & ultimo modo sumitur intellectus pro uirtute imaginatiua que cogitatoria, & de hoc loquitur est Arist. in 3. de Anima. tex. cō. 20. dum dixit q intellectus passiuus corrumpitur, & sine hoc nihil intelligit anima. Vterius scire debes q materia apud Phos multifaria sumitur. nam ut scribit Auer. in fine libri de Substantia orbis. Materia habet gradus, & potentia habet gradus. nam in simi gradus materię in rebus corporalibus est prima materia, quę de se est substantia quędam, & natura quę non est forma, nec formā habens, nec ulem, nec particularem, nec priuationē aliquā sibi propriam, sed est in potentia ad oēs formas substantiales, & accidentales, & hac dicitur prima materia, & primū hyle, & est substantia simplex. Alia autem est materia cōposita, & ista non est natura, sed Natura tantum, aut habens naturam. unde Com. i. Phis. ubi Arist. ponit diffinitionē primę materię dicens. Dico autem materiā primū subiectū uniuersū ex quo fit aliquid cum in sit nō secundum accidens, ponderans si primū subiectū dixit, hoc enim secundū subiectū, & primum conueniunt in hoc quod generatur inuenitur ex eis per se, & differunt in hoc quod primum est in potentia, & secundū in actu, aut modo medio inter potētia, & actum, sicut est dispositio in illo quod generatur ex pluribus uno subiecto. unde tale appellatur materia secūda. Materia etiā apud Philosophos triplex est, alterationis tantum, compositionis tantum, alterationis, & compositionis simul. exemplum primi, ut humores res pfectū membrorum, exemplum secundū, ut literę, respectu syllabarum, exemplū tertij, ut elemēta respectu mixti, quia mixtio est miscibilium alteratorū, & nō corruptorū uniuersa distinctio de triplici materia habetur in. 2. Phis. uisulatiois in cō. 5. tex. 3. 1. Materia etiā quę est in supremo gradu in rebus corporalibus est materia in actu, & ista rectius dicitur

K
L
M
Materia multipliciter dicitur